Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Visi sunt oculis insipientium mori illi qui sunt in pace. Alla. ℣. Justi epulentur et exultent in conspectu dei delectentur in letitia. Sdm marcum.

Nil tem. Cum egrederetur ihs de templo ait illi unus de discipulis eius. Magr aspice quales lapides et quales structure. Et respondens ihs ait illi. Vides has omis magnas edificaciones. Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliuarum contra templum interrogabant eum separatim petrus et iacobus et iohannes et andreas. Dic nobis qn ista fient et quod signum erit qn hec oia incipient consummari. Et respondens ihs cepit dre illis. Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum et nos seducent. Cum autem audieritis bella et opiniones bellorum ne timueritis. Oportet enim fieri sed non dum finis. Exurget autem gens contra gentem et regnum super regnum et erunt terremotus loci et fames. Initia dolorum hec. Videte autem uos metipos. Tradent enim uos in concilius et in synagogis uapulabitis. Et ante reges et psides stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet predicari euangelium. Et cum duxerint uos tradentes nolite premeditari quid loquamini sed datum fuerit uobis in illa hora id loquimini. Non enim estis uos loquentes sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium. Et consurgent filii in parentes et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem hic saluus erit. Off. Anima nra sicut passer erepta est de laqueo uenantium laqueus contritus est et nos liberati sumus. Secreta. Oblatis qs dne placare muneribus et intercedentibus sanctis tuis a cunctis nos defende periculis. ℣. Sdm. Post. Oficium mortalia